Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 281
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 187.

B
6.6.

Cod: CCLXXXI.

Chartac: 4. Saec: 15.

1.

Tract: de Philosoph: natur.
2^a – 63^b

Tractatus de Philosophia naturali. Incipit: "In omni ſcientia est praesupponendum quid est subjectum".

2.

Severini Boetii libb: V. de consol: philoso: cu comment:
66^a – 172^b

Severini Boetii libri V de consolatione philosophiae cum commentario, qui perperam S: Thomae Aquin: adscriptus est. Incipit: "Carmina qui quondam studio florente peregi". Vide Cod: LXI. n: 1. mit vielen! Randglossen (wie Cod 61)

3

Tract: de corpore Xti.
173^a – 189^a

Tractatus de corpore Xti, seu de comunione sub utraque specie contra Hussitas: Incipit: "Estote sine offensione Ecclesiae Dei: Sunt quidam qui plus quam oportet sapere videntur." In fine additur annus 1471. Hujus tractatus meminit Bern: Pez in Thesaur: Anecd: T. IV. in Dissert: isagog: p: 15. inter opera Stephani Prioris Carth: Dolanensis, seu Olamucensis, quamvis illius esse certo affirmare non sit ausus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 281

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 188.

	4.
Rabbi Samuelis Epist: ad Rabbi Isaac de Messia. 189b–195b	Rabbi Samuelis Israelitæ Epistola ad Rabbi Isaac, de Messia. Incipit: "Desidero domine mi et magister rabi ysaac per te certificari". In calce additur: "Et sic est finis materie judaice &c: anno 1471. Est satis nota epistola a Rabbi Samuele arabice mille annis post eversam Ierosolymam scripta, ab Alphonso Bonihominis in latinum translata aõ 1339. Vide Quetif T. I. p: 594.
Alphonsus Bonihominis.	
	5.
Collectanea de poenitentia. 197a–204b	Collectanea de poenitentia." Initium est: "Penitenciam agite et appropinquabit regnum celorum". Est collectio sententiarum tum ex S. Scriptura tum ex P. P. ad poenitentiam, et alias materias morales spectantium.
	6.
Instructio Confessar: de interrogandis poenitentibus. 205a–209b	Rubrica est: "Interrogationes et doctrine quibus quilibet sacerdos debet interrogare suum confitentem". Incipit: "Hic sunt multa utilia pro confessoribus".
	7.
Tract: de Confess: necessitate. 210a–225a	Tractatus de necessitate confessionis." Inscriptio quidem est". Compendium breve confessionis"; sed potissimum agi de ejus necessitate dicit præfatiuncula, quæ incipit: "Quoniam aput nonnullos curiosos:
	8.
Nicol: de Polonia tract: de Sacramentis. 225a–242b	Nicolai de Polonia tractatus de Sacramentis. Incipit: "Plures sacros clericorum ordines anhelant, pauci tamen debitum finem

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 281

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 189.

sibi proponunt." Brevi post dicit author: "Ut quorumdam pigricia, qui se in ſtudiis occupare nolunt, relaxetur, brevisſime aliqua de septem ſacramentis ecclesie dicturus proposui". In fine additur: "Tractatus de ſacramentis collectus per venerabilem virum magistrum nicolaum de polonia doctorem decretorum ſtudij Gracovienſis ad peticionem cujusdam episcopi pro simplicium ſacerdotum Informacione editus feliciter explicit". Ejusdem Nicolai tractatus de ſacramentis extat in Tract: Tract: T. XIV. p: 77. sed a nostro diverſus et multo prolixior. Unde ſuſpicor noſtrum illius eſſe compendium, in gratiam rudiorum ſacerdotum congestum.

Nicolaus de Polonia, qui rei litterariæ ſcriptoribus etiam audit de Plove, Plovius, Ploenius, decretorum Doctor, et Episcopus Posnanienſis floruit circa annum 1434. Vide App. ad Caveum p: 97. et Fabric. Bibl. med: & inf. lat: T. V. p. 124.

9.

Hymni ecclesiaſtici cum perpetuo Commentario.
263a – 302b

Hymni ecclesiaſtici cum perpetuo Comentario. Primus eſt: "Conditor alme ſyderum." Comentarii initium eſt: "Canticorum divine laudis.

10.

Andreæ Hispani Lumen confeſſorum.
307a – 326b

Andreæ Hispani lumen confeſſorum. Præfatio incipit: "Omnibus confitentibus ad ſalutem neceſſaria per me pauperem episcopum andream hyspanum minorem penitenciarium et Magarensem episcopum ex multis dictis magiſtrorum theologie et decretalium ac

" decretorum in multis locis dispersis et variis
" doctrinis compilata et facta rome dum ad par-
" tes hyspanie vellem ire dimissa omnibus domi-
" nis meis curthisanis et presertim curam anima-
" rum habentibus pro speciali valete anno do-
" mini M CCCC XXIX. oblata per me Reve-
" rendissimo in Xto et domino Jordano de Ur-
" sinis Cardinali et episcopo albanensi". &c:
Opus ipsum incipit: "Ad revelacionem genci-
" um fidelium et gloriam plebis Xtianorum".
In fine additum est: "Et sic est finis anno
" domini M CCCC LX iii. per me Conradum
Pfaffenhofer. Explicit lumen confessorum
" editum per me magistrum Andream hyspa-
" num". &c. Ejusdem luminis meminit Haen
in Notit: Mss: Vol. III. p: 131.

Andreas de Escobar, Ord: S. Benedicti, Hispanus, Episcop: Megarensis; dein Civitatensis; hinc Ajacensis: obiit post annum 1437. Nic: Anton: Bibl: Vet: Hisp: T. II. p: 135.

Cod: CCLXXXII.

B f. 7.

Chartac: 4. Saec: 15.

1.

Verne in Dechl Stiftsweyger

Medela animae vulneratae.

1a – 19b

Titulus hujus opusculi est: "Incipit liber
" qui dicitur medela anime vulnerate"; initi-
" um autem: "In principio mee narracionis
" illius graciam et adjutorium imploro". In fi-
" ne: "Explicit Suma de medela anime vul-
" nerate". Est instructio de peragenda confes-
" sione sacramentali Monachis data. Author,
anonymus videtur Ord: S. Bened: fuisse, cujus
regula saepius meminit, uti et S. Bernardi.
Addita sunt quaedam quaestiones de peccatis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 281

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27634

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)